

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1254

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

recipere libere et retinere valeat. «cum dilectus filius.» datum Laterani 8 kalendas martii anno undecimo.¹ 1254 Februar 22 Rom Lateran.

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 60^v.

195. Pabst Innocenz IV gewährt dem Straßburger Domcapitel die freie Bischofs-
5 wahl. 1254 März 13 Rom Lateran.

. . . Preposito . . . decano et capitulo Argentinensibus. argenti nitor seu splendor auri majorem delectationem humano visui non producit, quam cordi nostro proveniat de illis preclaris meritis, quibus vos una cum venerabile fratre nostro . . . episcopo ac dilectis filiis populo Argentinensi apud deum et sedem apostolicam per longa
10 tempora splenduistis, puritatem fidei et constantie firmitatem ita viriliter et triumphaliter inimicis ecclesie stupentibus observantes, quod rerum et personarum subjacere dispendiis quasi pro nichilo reputastis. cum itaque pro hujusmodi meritorum excellentia deceat vobis compensari premia gratiosa, nos ejusdem episcopi et vestris supplicationibus annuentes, devotioni vestre presentium auctoritate concedimus, ut,
15 cum ecclesiam vestram pastore vacare contingerit, de persona idonea et devota sedi apostolice, que tanto congruat oneri et honori, per electionem seu postulationem canonicam vobis providere possitis, non obstantibus aliquibus litteris a sede apostolica et legatis ejus sub quacunque forma vel expressione verborum impetratis ac etiam impetrandis aut quibuscumque inhibitionibus vel acceptationibus aut reser-
20 vationibus auctoritate ipsarum generaliter vel specialiter factis ac faciendis, etiam si contineatur in eisdem apostolicis litteris, quod ipsarum impetratoribus alique dicte sedis indulgentie seu littere, per quas capitulis ecclesiarum cathedralium libera facultas eligendi episcopum reservetur, vel quecunque alie non obsistant, nisi de vestra ecclesia et numero canonicorum in ipsa statuto ac nominibus eorum et de toto
25 tenore presentis indulgentie de verbo ad verbum in predictis apostolicis litteris impetrandis plenaria mentio habeatur. nos enim nichilominus exnunc irritum decernimus et inane, si secus super premissis contingat ab aliquo attemptari. nulli etc. nostre concessionis et constitutionis etc. datum Laterani 3 idus martii anno undecimo.

35 V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 70^v. Hinzugefügt ist folgender Vermerk: datus est eis conservator . . . prior de Lukesheim ordinis sancti Benedicti Metensis diocesis, non obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod suspendi vel interdicti aut excommunicari non possint per litteras apostolicas, que de nominibus et de dignitatibus eorum et indulto hujusmodi sibi concesso plenam et expressam seu de verbo ad verbum non fecerint mentionem. datum ut supra.

40 ¹ In einer Bulle Innocenz IV von 1254 Februar 11 an Heinrich von Finstingen, den Cantor der Kirche von Verdun, das Dekanat der Metzger Kirche betreffend, werden als conservatores bezeichnet: Thome Argentinensis et . . . Haselacensis Argentinensis diocesis ecclesiarum scolastici. Aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 109. Ebenso der Scholasticus von S. Thomas allein in einer Bulle von 1254 März 4 an denselben Adressaten die gleiche Angelegenheit betreffend. Aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 67^v. Dagegen wird in
50 Bullen von 1254 März 10 und Mai 28 in derselben Sache der cantor ecclesie s. Petri argentinensis als conservator bestellt. Aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 80 u. 99^v. Erwähnt auch als Siegler wird im gleichen Jahre 1254 in einer Urkunde Bischof Heinrichs von Straßburg Walterus scolasticus sancti Thome in Argentina. Or. i. Straßb. Bez.-A. H fasc. 180. S. Rappoltstein. UB. I, 88 nr. 87.

196. Innocentius IV papa . . . preposito ecclesie sancti Arbogasti extra muros Argentinenses. Eberhardus Cunradus et Otto de Entrugen canouici Argentinenses monstrarunt, quod P[etrus] sancti Georgii ad Velum Aureum diaconus cardinalis primo et postmodum . . . Coloniensis archiepiscopus, tunc in partibus Alamannie legationis fungentes officio,¹ in prelatos et clericos, qui aliquos in suis ecclesiis ad vacaturas prebendas proprio motu reciperent, et etiam quamplures executores super quorundam provisionibus ac subdelegati ab eis necnon conservatores a sede apostolica deputati in omnes, qui se illis, quibus deputati erant, opponerent, generaliter diversas interdicti suspensionis et excommunicationis sententias promulgavissent. verum iidem canonici timentes aliquam sententiarum incurrisse supplicarunt, ut providere sibi papa curaret. mandat illi, quatinus recepta ab eisdem canonicis de parendo mandatis ecclesie idonea cautione, ipsos absolvat ab huiusmodi sententiis ad cautelam et dispenset cum eis super irregularitate, si quam contraxerint. «Eberhardus Cunradus et.» datum Laterani 16 kalendas aprilis anno undecimo. 1254 März 17 Rom Lateran.

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 85.

197. Innocentius IV papa Henrico episcopo Argentinensi. licet pro subventione imperii Romanie, sicut in Lugdunensi concilio statutum fuerat,² vicesimam omnium ecclesiasticorum proventuum per certas personas in Maguntina provincia mandaverit colligi et collectam . . . Maguntino archiepiscopo ad opus ejusdem imperii integre assignari, collectionem et conservationem predicte vicesime illi duxit in sua civitate ac diocesi committendam mandans, quatinus eandem vicesimam per se et alios diligenter colligens eam conservet in prefati imperii subsidium convertendam. «licet pro subventione.» datum Anagnie 10 kalendas julii anno undecimo. 1254 Juni 22 Anagni.

V aus Reg. Vat. tom. 23 fol. 146.

Darnach Bernoulli Acta pont. Hele. I nr. 627.

198. Pabst Innocenz IV gewährt Egelolf von Landsberg, daß er Pfründen, Würden und Rechte, die seinem Bruder Gunther, als er noch Geistlicher war, zustanden, innehaben solle. 1254 August 23 Anagni.

Egelolfo clerico,³ nato nobilis viri Gunteri domini de Landesberg Argentinensis diocesis. exhibita nobis ex parte tua petitio continebat, quod nos olim intellecto,

¹ Petrus, Cardinaldiacon von S. Giorgio in Velabro, war Legat von 1247 März bis Ende 1248. Vergl. Rodenberg Epist. pont. Rom. II, 224 nr. 301 u. 439 Ann. 1. Bezüglich des Erzbischofs Konrad von Köln vergl. S. 94 Ann. 1.

² Vergl. cap. 14 u. 17 der Constitutionen des Concils von Lyon 1245. S. Potthast S. 996.

³ Wohl derselbe Egelolf von Landsberg, der später in den 60er Jahren als Canonicus und schließlich als Probst des St. Petersstiftes zu Straßburg erscheint. Vergl. nr. 191.